





DISPUTATIO JURIDICA

INAUGURALIS

DE

22.

G. 5. num. 5.  
24.

1665  
5

# ERRORE CALCULI,

QUAM

PRÆSIDIĒ JEHOVA,  
CONSENSU NOBILISSIMI  
CTORVM ORDINIS IN INCLUTA  
ALTDORFINA

POST EXANTLATA RITE PROGYMNASMATA

PRO

SUMMOS IN UTROQUE JURE  
HONORES ET PRIVILEGIA CA-  
PESSENDI

## LICENTIA

PUBLICÆ VENTILATIONI SUBMITTIT

JOHANNES PHILIPPUS Schmidt  
Arnstadio - Thuringus.

ADD. MENSIS MAI, A.C. M.DC. LXV.



ALTDORFFI,  
Typis Viduæ Johannis Gœbelii.

KÖNIGRIED  
UNIVERS.  
ZVHALIE

*AD*  
Illustrissimis Comitibus ac Dominis  
**DN. CHRISTIANO  
GUNTHERO,**  
**DN. ANTHONIO  
GUNTHERO ET**  
**DN. LUDOVICO  
GUNTHERO,**

**FRATRIBUS GERMANIS,**

*E* quatuor Sacri Romani Imperii Comitibus, Comi-  
tibus de Suvartzburg & Hohnstein, Dynastis  
Arnstadii, Sondershusæ, Leutenbergæ, Lohræ  
& Clettenbergæ, &c.

Dominis suis Clementissimis,

ILLUS.





*ILLUSTRISSIMI COMITES  
DOMINI CLEMENTISSIMI.*



Uæ olim apud Romanos, cùm Magistratus rem divinam faciebat aut auspicia captabat, Praeconis vox audiatur Hoc AGE, inq; tractandis sacris animum attentum exposcebat; illa & mihi *Vos Illusterrimos Comites* submissè & devotè colenti haetenùs aures personuit haut semel. Hinc quemadmodum Ulysses suam unde venerat patriam, magnes suum ubi generatur copiosius Septentrionem appetit, ita schedula hæc suos Nutritores. Ut enim Spiram, ubi omnium, quæ in Imperio Romano-Germanico sunt, tribunalium summum est, me conferrem, ibique annum curandis Vestris mihi clementer concreditis negotiis, praxique insimul addiscendæ impenderem, hoc Vesta,

... ( o ) ...

stra, O optima Comitum Triga, fecit singu-  
laris in me propensio & insignis liberalitas.  
In primis autem Tua, Illustrissime Ludovi-  
c e G u n t h e r e , beneficia mihi præstita,  
bone Deus! quanta sunt! præstat silere quām  
pauca dicere. Quid ego? parūm, imò nihil;  
pagellas verò offero si non eruditas submissè  
tamen gratas, hasque ut syngrapham & obsi-  
dem mei obsequiosissimi cultūs ad Illustr. arum  
Illustr. Illustr. V. V. V. Clem. Clem. Clem. arum  
pedes cum osculo manūs depono, spe ductus  
certissimā, Vos, quicquid hujus est, animis  
clementibus esse suscep turos ab eo, qui, cùm  
aliter litare non potuit, sic libare debuit. Va-  
lete Patres Patriæ, florete cum Illustrissimis Ve-  
stris familiis, &, si quid votis possum, diu  
quām felicissimè & optimè res Vestras gerite.  
Dabam in perillustri Noricorum Universi-  
tate, die 24. Maji, Anno M. DC. LXV.

V. V. V. Illustriss. Illustriss. Illustriss.

Clem. Clem. Clem.

devotissimus Cliens

JOAN - PHILIPPUS SCHMIDT.

¶ 1. ¶



A & Q.

# DE ERRORE CALCULI.

## PRÆLOQUIUM.

**E**aut parùm ab erudita Jctorum Schola præfationibus fuisse tributum inter alia satis liquet in l. i. ff. de Orig. jur. & l. 9. vers. quibus ita præmissis, ff. de castr. pecul. l. i. ff. de dol mal. & met. exc. Nec immeritò: nam, ue  
verba Caii in d. l. i. de O. J. mea faciam, ipsæ præfationes ad lectionem propositæ materiæ libentiùs perducunt, &, cùm ibi venerimus, evidentio-rem præstant intellectum. De errore calculi pro curta ingenii supellectile acturus hòc ipsò procœmio rem accersam à principiis humanarum actionum, intellectus scilicet & voluntate, seu ab actionibus animæ rationalis internis, è quibus tanquam principiis fluunt actiones spontaneæ externe: uti bene explicat Excellentissimus Dn. Jacobus Thomasius in alma Lipsiensi Orato-riæ Professor celeberrimus, Præceptor ac Patronus meus colendus, in suis tabell. Philosophi Pract. tab. 12. Nam cùm voluntas sit appetitus mo-tus à Phantasia, quam præparavit intellectus; sapè autem appetitio oriatur ex judicio intellectus erroneo, hinc est quare voluntas hominum alia erro-nea alia recta; hinc, inquam, est, quòd non semper idem intelligant idemque velint negotium aliquod celebraturi. Non omnis quidem error consen-sum non habet: etenim error in nomine proprio personæ reive de qua agi-tur, dùm de persona & re ipsa constet; de consensu nihil mutat l. 32. de V. O. §. 29. Inst. de Legat. l. 4. C. de testam. Vinn. in Comment. ad Inst. §. 22. de inutil. stipul. n. 1. & 2. Ast verò nullus plane est consensus, quando error in ipsa re, de qua agitur aut contractus initur, est commissus l. 57. de O. & A. l. 2. pr. de Judic. l. 51. de pact. l. 15. de jurisdic. ejusmodi error autem non debet præjudicare veritati l. 6. §. 1. de offic. Præsid. Quæ ratio movit Imp. Diocletianum & Maximianum ad feren-dam constitutionem in l. un. C. de error. calcul. quæ vult, ut calculi, si in eo erratum sit, fiat retractatio: Ne tamen ob rationes multoties retrac-tatas lites perpetuò spirarent & nunquam exspirarent, quod natura rerum Dominia incerta responsi, & supremæ legi, saluti publicæ, repugnaret

A

repugnaret

••••• ( 2. ) •••••

Repugnaret l. 13. C. de judic. l. 1. de usurpat. & usucap. l. 1. §. 1. de acquir. vel amitt. possess. ideoq; certus retrahendi errorem calculi modus prescribendus utiq; erat in d. l. un. Quam difficilem satis & intricatam materiam subsecuturis capitibus, pro temporis angustia ingeniig; tenuitate tractandi animus est, id quod studiorum nostrorum prora & puppis Jesus Immanuel vertat FELICITER!

••••• ••••• ••••• ••••• ••••• ••••• ••••• ••••• ••••• ••••• ••••• •••••

## CAPUT I.

De

## DEFINITIONE NOMINALI.

THES. I.

**P**rimò igitur, cùm, prout Philosophi passim & JCti in l. 1. de reb. credit. l. 1. pr. de J. & J. & l. 7. pr. de supell. legat. demonstrant, ad cognitionem ipsius rei haut raro verborum ductu penetratur; non alienum erit videre & h̄c quid ἀνοματολογία nos doceat. Breves tamen ut simus considerationem erroris in genere lubenter h̄c omittimus; potest hac de re videri inter alios quam plurimos Excel- lentiſſ. Dn. Struv. in Syntagm. Jurispr. Exerc. 28. th. 50. & seqq. Meier. in C. J. A. ad tit. de jur. & fact. ignor. & præprimis Joh. Bapt. Costa tr. de fact. scient. & ignor. Etymon vocis calculi quod attinet à verbo calcare originem habere videtur, Gl. ad l. un. C. de error. cal- cul. Lit. O. autest diniinutivum à calx, Andr. Corvin. in Fonte Lat- nitat. sub voce calculus: quamvis alii id ipsum primitivum afferant, qua in h̄te Grammatica diu nos fatigare supersedemus, potius, evolutā priùs Homonymiā, impositi nominis rationem quam originationem investigantes, monente Goedd. in l. 164. n. 6. de V. S. lit. un. 5b. s. 2.

II. Homonymiam ergo, matrem errorum foecundissiniam, quod attinet calculus (1.) nativā suā vi lapillum significat (2.) Medici hinc morbum appellant calculus renū & vesicæ, quando grassi humores in generationem calculi transeunt, Andr. Coryn. d. I. Denotat. etiam (3.) Einen Brettstein / oder Stein damit man im Brete oder Schach spielt / Joan Fris. in Diction. voce calculus, Item (4.) opinionem, ut crebrior Doctorum calculus, & ita loquitur Wissenbach. P. I. D. 57. th. 17. (5.) Einen Zahl- oder Rechenpfennig Corv. d. I. (6.) Diffi-

¶ 3. ¶

(5.) Difficultatem, quemadmodum legi apud Plin. Secund. Epist. 19, lib. 2. circā finem: omnes quos ego movi in utraq, parte calculos, pone, idq, elige, in quo vicerit ratio. (7.) Per Meton: signi votum seu suffragium à veterum suffragandi modo de quo Corv. d. l. (8.) Sententiam l. 14. C. de judic. ibiq, Gothofr. in not. Lit. C. l. 10. C. appellat. l. 4. C. de auctor. præstand. cap. per tuas, 58. extrā, de Appellat. adde de veteri Judicum sententiam per calculos ferendi more Rosin. de antiquit. Roman. lib. 4. cap. 9. (9.) Examinationem causæ, d. l. 14. C. de judic. ibiq, Gl. Lit. C. (10.) Pecuniam seu rem calculo subjectam l. 6. §. ult. de his qui not. infam. l. 29. de dol. (11.) Computationem, ratiocinium sive positionem & subductionem rationis, quæ significatio hujus loci est, & habetur in l. un. C. de error. calc. l. 1. §. 1. de sentent. quæ sin. appell. l. 5. §. 15. de donat. int. vir. & ux. l. 8. deposit. Ratio autem denominationis sumta est à causa instrumentalí, quod veteres Zyphrarum Arithmeticarum imperiti calculis seu lapillis uterentur, sicuti nos adhuc hodiè nummulis nummulariis die Zahl- oder Rechenpfennige.

III. Quoad Synonymiam cum calculo hīc ejusdem significationis est Ratio, Ratiocinium, rationis positio, Ayrer ad l. un. C. de error. calc. n. 16. item rationis dispunctio, expunctio, subductio ac computatio, Joan. Jacob. Wissenb. Commentat. Cathedral. in Cod. ad d. l. un. item pariatio l. ult. §. 3. de condict. indeb. ibiq, Gothofr. in not. Lit. a. & Dn. Struv. Exerc. 18. tb. 42. Rationum tractatio, l. 21. pr. de stat. lib. quæ consistit non solùm in rationibus ordinandis, sed etiam in reliquo reddendo d. l. Græcis vocatur ἀριθμός, Germanicè Eine Rechnung: hinc calculator idem est qui Ratiocinator, Calvin. in Lexic. Jur. voce Ratiocinator.

## CAPUT II.

De

## DEFINITIONE REALI ET DIVISIONE.

### THESS. I.

Error calculi est opinio veritati contraria in computatione & positione rationum commissa.

II. In cap. præced. cùm dictum sit veteres in rationibus usos

A 2

fuisse



fuisse calculis lapillisve jam patet, calculi errorem vocandum esse, tūm si calculis, tūm si zyphris aliāvē ratione in computando erratur, wenn man sich verrechnet / add. Pacium in Isag. C. ad l. un. C. de error. calc.

III. Non autem hīc de dolosa sed erronea loquor calculatione: error calculi enim excludit dolum, inque dubio potius error quām dolus præsumitur l. 5. C. de his qui sib. adscrib. in testam. Dn. Carpz. prax. crim. p. 2. qu. 23. n. 7. ideoque in computatione errans falsum non committit l. 23. de L. Cornel. de fals. Dn. Carpz. d. l. n. 8. & 9.

IV. Dividitur error calculi potissimum ab Objecto (1.) in errorum calculi commissum vel in publicis vel in privatis ratiociniis; quæ divisio fundata est in Rubr. C. ubi de ratiocin. tam publ. quam priv. ag. oport. ille neimpè error in publicis rationibus est, quando quis in computatione ratiocinii ex administratione publica reddendi errat: Hic quando in negotiis & administrationibus privatis computando erratur. Dn. Brunnem. ad l. 1. C. d. t. jung. inf. cap. 4. thes. 2. & seqq.

V. Dividitur (2.) quod committatur vel in Arithmeticā, (quæ est Scientia numeri benè computandi, Clarissimus Dn. Reyher, Gymnasii Gothani Rector meritissimus, Præceptor & Fautor meus jugiter colendus, in Margarit. Philosoph. cap. 4. thes. 1. pag. 177.) v. g. Si calculatores dicant: quatuor & quinque est undecim: vel in jure, quando nim. rationem reddens oneratur à calculatoribus aliquā particulā (mit einer Post oder Summe) quā onerari de jure non debet & vice versa, si non fuit oneratus particulā jure ab ipso debitā; cujuſmodi casus omnes hīc, ut rationes possint de novo fieri, revideri & retractari, pertinent, sentiente ita Munoz. de Escobar de ratiocin. administ. cap. 41. n. 6. & seqq. ibi q̄ alleg.

VI. Denique error calculi ex ipsa l. un. C. de error. calc. dispeſcitur, quod sit vel unius vel plurimi negotiorum; d. l. un. verb. ſive ex uno contracitu ſive ex pluribus emerſerit; & respicit tunc error vel totum negotium vel partem negotii: & hōc posteriori caſu non in totū ſed in tantum quantum erratum eſt calculus retrahatur, Munoz. d. cap. 41. num. 30. jung. infrā cap. 7. thes. 13.

CAPUT

1664

## CAPUT III.

De

## CAUSA EFFICIENTE.

### THES. I.

**C**AUSAM efficientem duplicem constituo, Remotam & propinquam: illa est humana imbecillitas ad errores oppidò proclivis, arg. l. 2. §. si quis, 14. C. de veter. jur. encl. scilicet errare humanum est, errandiq; facilitas cognata quasi est hominibus propter corruptæ naturæ fragilitatem, facit Munnoz d. tr. cap. 32. Hæc est erronea cirkà computationem opinio, considerando nimirùm errorem calculi præcisè & in se; aliàs cùm error in objectum non inducatur nec committatur, nisi per actionem, positionem scilicet erroneous computationis; actiones autem sint suppositorum, hoc respectu dici etiam potest, ejus causam efficientem esse ipsum errantem erroneous calculationem ponentem. Præsupponit autem error scientiam sive opinionem, sed veritati contrariam; ignorantia omnem scientiam exclusive. Exemplò res fiet clarior: Sempronius Mævio pecuniæ summam debet ex pluribus causis, puta ex causa emtionis quadraginta, ex causa conductionis viginti quinque, ex causa mutui quindecim, ex causa permutationis decem, & sic summatim nonaginta; Mævius ita computat: quadraginta viginti quinque quindecem & decem faciunt centum, perque hanc erroneous computationem Sempronius illa centum solvit Mævio: Quæritur, an Sempronio liceat computationem istam retractare, deque novo calculum ponere? & respondetur quod sic: ratio in promptu est, quia error veritati nullum præjudicium afferre debet per l. 6. §. 1. de offic. Præsid. l. 6. pr. ad Municipal. Neque etiam obstat cap. quod semel, 21. d. R. J. in 6. quod vult, illud, quod semel placuerit, amplius displicere non posse: Respondetur enim, quod id non placuerit, cùm error excludat consensum l. 15. de jurisdict. l. 57. de O. & A. l. 2. pr. de judic. l. 116. §. fin. de R. J. & voluntatem l. 20. de aqu. & aq. pluv. arcend.

II. Præterea si quis cirkà ipsam zyphrarum positionem errat figurásve Arithmeticas præpostero & inverso ordine transscribit v. g. pro 87. ponit 78. illud ipsum quoque errorem calculi efficere puto, ex hac ratione, quia propter ejusmodi præpostera scriptio in calculi subductione necessario aut major aut minor, quam in rei

A 3

veritate

¶( 6. )¶

Veritate est, ponitur sunimia, eoque modò alter contrahentium non  
Potest non gravari, & ita error calculi omnino committitur.

CAPUT IV.

De

MATERIA IN QUA SEU  
SUBJECTO

THES. I.

**E**A ferè Principatus est conditio, ut si pluribus arcana patesiant ratione legitimâ omnia minus geri credantur; hinc graviter Cornel. Tacit. lib. i. cap. 6. Annal. dicit: eam esse conditionem imperandi, ut non aliter constet ratio, quam si uni reddatur, utut Vertranius in notis, ad Corn. Tac. d. l. putet, sensum Taciti esse in planiore loco, si quis ita legeret, non aliter rata constet, i.e. subsistat imperandi conditio, quam si uni reddatur, & mortuo Augusto ad Tiberium perveniat.

**I**I. Administratores autem rerum tam publicarum quam privatarum ad rationes reddendas tenentur, & illi eò magis, quod ex eorum administratione periculum majus & ad plures redundare soleat, fac. l. 4. l. 32. C. de Episcop. & Cleric. Nov. 123. cap. 23. l. 14. C. de administr. tut. l. 23. de liber. legat l. 2. §. 2. de admin. rer. ad civ. pertinent. Clem. 2. §. ut autem, de religios. domib. Wesenbec. conf. 61. add. omnino Munoz. d. tr. cap. 3. per tot. nihil enim, teste Heresbach. de Republ. Christ. admin. c. 9. pag. 253. æquè Principum facultates extenuat, quam rationum reddendarum neglectus: Et in toto officio Quæstorio rationes reddere omnium difficillimum est, das Kempt wäre wohl gut / sagte jener / wann nur Rechnung thun nicht wäre. Experientia autem, (quæ secundum Waremund. ab Erenberg sive Everhard. à Weyhe qui etiam Durum de Pascalo se vocat, Protheus enim in nomine est, Stultorum Magister ac poenitentiæ comes dicitur, in prefat. de fæder.) satis testatur, quod Administratores haut raro sibi suisque consulant remque familiarem reddant pinguiorem.

**I**II. Sic quisvis tutor aut curator de jure civili finitâ tutelâ curâve l. 14. C. de administr. tutor. sed juxta jus canonicum & ordinat. Polit. singulis aulis etiam non requisitus ad rationum (in loco administrationis l. 1. & 2. C. ubi de ratiocin. tam public. quam priv. ag. Decis. Elect.

•••(7.)•••

Elect. Sax. 36.) redditionem tenetur, vid. Clement. quia contingit. 2.  
vers. illi etiam, ibi: ad instar tutorum & curatorum, de relig. domib. ut  
Episcop. sint subj. Reformat. Polit. Francofurt de Anno 1577. tit.  
32. §. Item das Er / vers. und jährlich nicht allein auff Erforderung  
der Obrigkeit / sondern auch selbst gebührliche Rechenschaft anbieten  
und thun. Quibus cum congruit jus Saxonum prout est textus  
im Land-Recht / lib. I. Art. 23. & 33. ordination. Eceles. Saxon. Artic.  
Gener. 35. pr. ibi: dasselbige auch jährlich verrechnen / quæ habetur  
in Corpor. Sax. part. 2. fol. 232. & Synodal. Decret. de Anno 1624. §.  
damit nun aber auch disfalls / re. quod invenitur in Corpor. Saxon.  
part. 2. fol. 323. Fach. differ. 17. & Dn. Carpzov. part. 2. c. 21. def. 1.  
idque de quovis tute rām testamentario quām legitimo & dativo  
intelligendum per dict. Ordin. Polit. §. das ein jeglicher / ibi: Er sej  
gleich Testamentsweise verordnet / oder durch das Recht oder Richter  
gegeben. Excipitur tamen is, qui simul heres proximus pupillo ex-  
istit, talis enim finitā dēmū tutelā rationum redditioni obnoxius  
est, per d. Artic. 23. lib. I. LandR. Dn. Carpzov. d. l. def. 3. Dn.  
Richter decif. 13. n. 23. adde de Matre Tutrice Decif. Elect. Sax. 21.  
Ratio discussio horum iurium à jure communi Justinianeo hæc  
forsan dari posset haut incongrua, quod hōc modō fraudi & negli-  
gentiae Tutoris, si qua adhibita fuisset, maturius possit occurri & sic  
jaatura recens redintegrari, arg. l. 4. C. de susceptor. Præpos. Lib. X. Præ-  
terea hæc cura vigil calcar addit industriæ fideique curatoris, si non  
finitā demū tutela, sed quotannis cogitur triste illud audire nun-  
ciū: Redde rationem, add. Conrad. Rittershus. almæ hujus Aca-  
demie quondam Professorem celebrarium in nov. part. 8. cap. 9. n. 8.  
Sic memini quod nuperim adhuc in augustissimo, quod Spiræ  
floret, Arcopago Tutoribus & Curatoribus Cameralium sub pœna  
trium marcarum argenti rationum redditio sit injuncta ex Mandato  
Dñi. Senat. Tutelar. ut habet Decrētum Cameræ de anno 1664. d.  
22. Jan. Faciunt, autem, quod obiter hic moneo, marcam argenti  
octo vallenses, Roding. Pand. Camer. adauct. lib. 2. tit. 10. pag. 451.

I V. Paucis hic tangendum, quinam præcipue sint publici ad-  
ministratores, quinam privati: Publici sunt I. in specie dicti Admi-  
nistratores Reipublicæ per l. 2. ad Municip. utputa (1.) Magistratus  
l. 6. de admin. rer. ad civit. pertin. idque patet ex officio Quæstorum,  
vid. l. 2. §. 22. de O. J. & Præfectorum urbi l. 2. §. 2. & 4. de admin. rer.  
ad civit. pertin. junct. l. 1. §. II. de offe. Præf. urb. & l. 1. C. eod. (2.)

Alii

ff. 101v B. IV

• 8. •

Alii Principis officiales & Rationales, vid. l. 4. C. de Episcop. & Cler.  
& Calvin. Lexic. Jurid. voce Rationalis. Huc hodie numerandi  
omnes, qui rebus Principum administrandis sunt propositi, Rent-  
meister/ Amptleut/ Schöffer/ Steuer-Acciß/ Zoll- und Zehendeinneh-  
mere / &c. II. Administratores rerum Ecclesiasticarum, ut apud  
nos sunt hodie cuncti orphanotrophiorum temporumque Præfecti  
proventibus curandis constituti, die Kirch-Wäter/ item der Kir-  
chen/ Schulen/ Hospitalien/ Armen- und Waisen-Häuser vorste-  
here/ vid. Reform. Polit. de anno 1548. tit. von der Pupillen und  
Minderjährigen Tutori, ibi: und dieweil mit den Kirchen-Rentheis  
add. Dn. Carpzov. Jurispr. Consist. lib. 2. tit. 20. def. 314. Hasce re-  
dituum Ecclesiastorum rationes, Kirchen-Rechnungen/ non ad  
jus Patronatū sed Episcopale spectare & propterea errare Patronos  
competentem cujusque loci Superintendentem ad earum à Præfectis  
ærarii Ecclesiastici exactione in admittere nolentes, recte sentit Fin-  
ckelthus. de jur. Patron. cap. 2. n. 25. & ex eo Dn. Carpz. d. l. def. 316.  
per ibi alleg. ord. Eccles. Sax. & Synod. Decret.

V. Ex privatis administratoribus est (1.) Servus Domini ne-  
gotia curans l. 82. de cond. & dem. l. 9. § 6. de pecul. (2.) Socius &  
administrator communium bonorum l. 9 pr. de edend. (3.) Pro-  
curator sive ad lites sive ad cætera negotia, datus, textus est expressus  
in l. 46. § 4. de Procurator. (4.) Sequester, Clud. de sequestrat.  
cap. II. n. 29, 30. (5.) Negotiorum gestor l. 2. de neg. gest. § 1. Inst.  
de oblig. quæ quas. ex contr. (6.) Tutores & Curatores, vid. supra  
th. 3. b. cap. Sed queritur an etiam Tutor & Curator Electoralis ad  
redditionem rationis sit obligatus? & affirm. arg. A. B. cap. 7. §. eā  
ramen conditione, verb. quam dum attigerit, ubi expressè sancitum,  
ut tutelâ hâc finitâ (quod sit in Electoribus anno 18. completò A. B.  
d. l. add. Myler. de Princip. & Statib. Imp. cap. 29. th. 14. & 15. ibiq.  
alleg. Dd.) Tutor Electori jus, vocem & potestatem, omniaque hinc  
dependentia, totaliter cum officio protinus teneatur assignare; hæc  
autem omnia absque rationum redditione commode fieri nequeunt,  
cumque omnes tutores ad eam secundum dicta th. 3. b. cap. sint ad-  
stricti, cur hic excipiendus nec rationem nec jus video: at in casu ex-  
pressè non excepto jus commune tenendum, ut taceam, ob publi-  
cam imperii utilitatem, quam præter ipsius Electoris personam hæc  
tutela concernit, eò accuratiorem administrationem & inde fluen-  
tem rationum redditionem esse exigendam.

VI. Errorem



**VII.** Errorem ergo calculi committere possunt personæ negotiū aliquod gerentes & administrantes restum privatas cū publicas (etiam Judices in sententiationando, vid. inf. cap. 5. th. 3.) in quibus sēpē non in idem sed in diversa rapiuntur, erroremque non quidem intentionaliter sed accidentaliter incident, quatenus nimirūm error incertum habet pro certo, falsum pro vero.

**VIII.** Idque tām in masculis quām fœminis fieri potest, quandoquidem & hæ nonnunquam sunt habiles ad curanda aliena negotia, & exinde conveniri quoq; possunt l. 3. §. 1. de negot. gest. Sic mater & avia, modo in judicio renuncient secundis nuptiis & SCto Vellejano, potest esse tutrix liberorum suorum Nov. 94. cap. 2. Nov. 118. cap. 5. & auth. matri & avia, C. quand. mul. offic. tutel. fung. add. omnino noviss. Decis. Elect. Six. 21. & Dn. Struv. Exerc. 31. th 26. Extraordinaria tamen & irregularis mulierum tutela esse videtur propterea, quod tutela regulariter sit munus publicum & virile pr. J. de excusat. tutor. l. 16. de tutel. à quo removendæ fœminæ l. 2. de R. J. illiusque susceptio alias necessaria l. 20. C. de negot. gest. liberæ matri-aviæque voluntati relinquatur d. auth. verb. permittimus, & Dn. Struvs d. l. verb. si velit.

## CAPUT V.

### De OBJECTO.

#### THESES. I.

**E**xcessō subjectō ordine nunc succedit objectum: & committi potest error in genere multis modis & variè, aliquando in re, corpore, sexu, nomine, syllaba, quantitate, qualitate, conditione, &c. vid. l. 71. §. 8. de acquir. hered. l. 4. de legat. i. l. 11. de contrah. emt. l. 9. eod. l. 54. de manum. testam. add. Calvin. Lexic. Jur. voce Error, & Vinn. in Comment ad Inst. §. 22. de inutil. stipul. n. 1. & 2.

**II.** Ast error calculi quamvis committi possit in quolibet negotio, objective tamen & magis specificè in ipsa computationis subduktione ratione cuiuslibet actus seu negotii faciendâ consistit, hinc notanter dicitur in d. l. un. C. de error. calcul. sive ex uno contractu sive ex pluribus emerserit; ubi probè tenendum vocabulum contractus in d. l. sumi non restrictivè seu exclusivè quasi alios actus & negotia excludat; sed saltem exemplificativè, cū error calculi ex variis causa-

causarum generibus, quorum occasione computatio instituenda est, possit emergere; & in hisdem, ob paritatem rationis, ne scil. error præjudicet veritati, perinde ut in contractibus sit corrigendus & retractandus: aut posset etiam brevius dici, vocabulum contractus ibi sumi latè pro quacunque conventione aut negotio, quod inter aliquos geritur. ut in l. 20 ff. de jud. & l. 17. C. de fid. instrum.

II. Quapropter etiam in sententia error calculi committitur, v. g. Cajus debet Mævio 70. Joachimicos ex causa emtionis, & 20. ex causa conductionis; Judex ita pronunciat: cum constet Cajum Mævio ex emtione 70. ex conductione 20. debere, idcirco Cajum Mævio condemnno centum, quæritur quid juris? & respondetur ex l. 1. §. 1. quæ sentent. fin. appellat. rescind. quoniam sententia per errorem computationis lata est, quod satis ex ipsius tenore patet, nec appellare necesse est, sed mediante remedio nullitatis sententia declaratur nulla: neque hic aliquam differentiam esse puto inter errorem in ipsa sententia expressum, & non expressum ubi tamen sententia se refert ad acta, in quibus error expressè continetur, v. g. sententia refert se ad certam liquidationem in actis, quæ liquidatio laborat errore calculi; vel etiam in ipsa relatione ad acta est error, e. g. Judex ita pronunciat Titius solvat Raynutio 40. Rhenanos in actis fol. 24. sub signo O. liquidatos, cum tamen illa ipsa liquidatio, ad quam Judex se refert, comprehendat saltem 30. Rhenanos: relatum enim semper est in referente l. 77. de hered. instit. l. 59. de re judic. add. l. 18. ff. comm. divid. ibid. Gothofr. in not. lit. m l. fin. C. de fideic. libert. l. 5. §. 1. de re judic. Jacob. Bouric. tr. de offic. Advocat. cap. 31. pag. mihi. 243. & seq. Magnif. Dn. Carpz. in Proc. Tit. 19. Art. 3. n. 2. Berlich. part. 1. concl. 47. n. 33. jung. infr. cap. 6. th. 10. & cap. 7. th. 10. Cæterum Dn. Hahn. in obsrv. ad Wesenbec. tit. quæ sent. sine app. resc. bene monet: quod interdum rescindi dicantur sententiæ, quæ ipso jure nullæ, abusivè scilicet, rectius autem dici, quod nullæ declarantur institutò remedio nullitatis: ita tamen Jurisconsulti nonnunquam loquuntur, & rescindi, infirmari ve quid dicunt, quod ipso jure nullum est, id quod observavi in l. 5. C. de rescind. vendit. & l. 1. §. 1. ff. de fer. conf. tit. quæ sent. fin. appell. Sic vice versa id nullius momenti dicitur, quod mediante restitutione in integrum rescinditur l. 22. quod met. caus. add. l. 1. C. de rescind. vend. facit Roding. in Cameral. ad auctis lib. 1. tit. 7. pag. 78.

CAPUT

•••( 11. )•••

## CAPUT VI.

### De F O R M A.

#### T H E S. I.

**I**Am ad formam: est ea ipsa erronea rationis positio: quando enim calculator opinionem veritati contrariam animo conceptam jam ipso factō promit, & applicat ad objectum, eō ipso error calculitatis quam per suum formale efficitur & producitur.

**II.** Id quod fieri potest non tantū quando in ipsis zyphris & numeris Arithmeticis erratur, putando bis octodecim facere 38, sed etiam dum in computatione & subductione omitteſta adduntur aut addenda omittuntur, nimirū si quædam portio seu particula jam calculata prorsus omittitur & ita erronea, ut ita loquar, summatur. Exemplum prioris casū suppeditavi suprà cap. 3. th. 1. posterioris heic ponam: Sunt in uno ratiocinii latere quinque particulæ (5. Poststen) prima continet 20. Imperiales, secunda 10. tertia 30. quarta 15. quinta 25. Calculus initur hōc modō: 25. zu 15. thut 40. 30. Darzu thut 70. 10. zu 70. thut 80. 20. zu 80. thut 100. 30. Darzu macht 130. & ita particulam illam 30. thalerorum bis calculando summa lateris evadit in 130. quæ, si computatio recte inita, & omittenda non fuissent addita, in rei veritate saltem facit 100.

**III.** In quibus autem & quomodo rationes rite & legitimè sint reddendæ, illa quæſtio nec mei instituti nec hujus loci est, sed in aliud thema transire videtur. Prolixam hujus rei tractationem desiderans potest adire tractatum prægnantissimum Munnoz. de Escob. de ratiocin. admin. & computat. var. al. Non verò & hic prorsus ero dōp̄uβoꝝ, paucis tamen me expediturus.

**IV.** Scilicet ad rite reddendam rationem sex præcisē requirit Munnoz. cap. 2. n. 10. (1.) Editionem libri rationum legitimè & secundūm loci consuetudinem confecti, uti de Tute legitur in l. 1. §. 3. ibid. Br. ff. de tutel. & ration. distrahab. Schurff. consil. 65. n. 7. Hic nota bene, longè differre reddere & edere rationem, illudque plura comprehendere quam hoc, vid. Munnoz. d. l. n. 7. (2.) Calculi positionem dependentem ex datorum & acceptorum computatione l. 6. §. 3. de edendo. l. 56. pr. de V. S. (3.) Reliquorum solutionem, rationem enim reddere nihil aliud est quam reliqua solvere l. 32. de condit.

*e condit. & dem.* (4.) Moræ purgationem: nam qui nullâ difficultate impeditus, cùm potuit, cessat reliqua restituere ac solvere, moram committit, l. 3. §. 4. de action. emt. ibid, Gothofr. lit. K. Dn. Struv. Exerc. 27. th. 65. & seqq. (5.) Præsentiam ejus, cuius interest: debet enim ratio cum legitimo contradicte calculari, cùm res inter alios acta aliis neque obesse neque prodesse possit Rubr. C. res inter al. act. Et (6.) Præstationem coram competenti Judice & in loco administrationis l. 2. C. ubi de ratiocin. tam publ. quam priv. quæ lex ipsa rationem satis prægnantem exprimit, quia scilicet ibi sufficiens rei instructio & nota testimonia veraque documenta possunt præstari, idque & in terris Electoratū Saxonici indubitatum est per Decis. Sax. Elect. 36. Fallit tamen nec semper in loco administrationis ratio reddenda est, in iis casibus, qui propter loci vel personæ circumstantiam hanc juris dispositionem impediunt per l. pen. §. fin. *de cond. & dem.* De Gallorum, Batavorum aliorumque moribus contrariis vid. Dn. Wissenb. in C. ad tit. ubi de ratiocin. & Perez. ibid. num. 2.

V. Ast Saniori ratione Judicis arbitrio hoc, ut ritè ratio reddatur, committi putat Montanus de jur. tut. c. 38. n. 12. Quod ipse Munnoz alias huic sententiae contrarius haut obscure innuere videtur, dum ex Rota Genuensi decis. 141. n. 1. asserit, in materia reddendæ rationis consuetudinem loci, ubi administratio gesta, esse servandam, & Mascard. de probat. vol. 1. concl. 253. n. 9. dicit: rationem esse redditam secundum arbitrium boni viri.

VI. Jam si observatis secundum cujusque loci consuetudinem observandis nihilominus error calculi sit commissus, adhuc potest illa ratio retractari & revideri. Munnoz. cap. 41. n. 30. omnino tamen fatendum est pro ejusmodi calculo tam cautè ducto majorem & fortiorern quam alias militare præsumptionem.

VII. Cùm autem pro semel computatis rationibus pugnet præsumptio juris, quòd rectè dispunctæ sint, quæ præsumptio hic fundat se in Regula: Quod naturalia (h. e. quæ vel natura vel legge requiruntur, Dn. Struv. Exerc. 28. th. 18.) semper præsumantur adesse, ideo errorem afferenti incumbit probatio, per vulgat: Et ita percepi respondisse inclutam Facultatem Juridicam Lipsiensem Anno 1594. d. 18. Dec. versus Rammelburg / in sachen Johann Happach cont. Hennings von Vorfeldt Wittib.

VIII. Cæterum quomodo etiam in sententia error calculi committi possit , illud patet ex cap. præc. th. 3

IX. Ad hoc verò ut calculus ex causa erroris ad partis petitio- nem revideri possit , ante omnia constare debet Judici , ubi & quo- modo in illo erratum sit , allegatis scilicet erroribus in specie , cùm generalis allegatio & narratio hīc non sufficiat , Munnoz. d. l. n. 28. ibi<sup>q</sup>, copiosè alleg. Dd.

X. Probatus autem dicitur istiusmodi error , quando ex nova calculi subductione dilucidè constat , rem aliter sese habere & in com- putando erratum esse , seu omissa fuisse addita aut addenda omissa: quæ nova rationis subductio fieri debet adhibitis calculatoribus seu peritis in arte à Judice vel parte electis , Mascard. de probat. vol. I. concl. 235. n. 5. & seqq. ibi<sup>q</sup>, copiosè alleg. Dd. Consentit Churfürstl. Sächs. Proces: und Gerichts Ordnung tit. von Beweisung durch Augenschein und Rechnung / 28. ibi: mag man sonderliche calculato- res verordnen / rc. add. omnino Socin. vol. 4. cons. 92. n. 12. ubi plu- res errorem hunc probandi modos recenset. Et hanc probationem admittendam esse quovis tempore , etiam post conclusionem in causa , imò post rem judicatam in ipso executionis actu ad eam impedien- dam. statuit Berlich. concl. 47. n. 39. quia hæc comparetur probationi per ocularem inspectionem quæ omnium optima & superlativa inq; ipsa executione opponi possit , id. d. l. n. 14. & 32. & à Judice sup- plenda sit , Ord. Proc. Sax. d. tit. verb. Soll man / wann es gleich von den Parthenen nicht gesucht wird/ aus Richterlichem Ambie die Ver- ordnung thun / rc. jung. omnino cap. 7. th. 14. inf.

XI. Prætereà calculatores , nisi partium voluntate assumti sine juramento esse adstringendos : quemadmodum periti rerum æstima- tores similiter jurare ante æstimationem cogantur , arbitratur Petr. Heig. part. I. qu. 20. n. 20.

XII. Denique quod de Revisione calculi jam dictum id nota- biliter limitatur , quod tunc demum locum habeat , si petens certet non de lucro captando , sed ut ipse solum servetur indemnus arg. l. 22. pr. l. 32. §. 1. de condic. indeb. l. 8. pr. de act. emt. Dn. Capz. p. 2. c. 28. d. 21. n. 5. add. Mantic. de tac. & ambig. convent. lib. 3. tit. 12. n. 60. Quamvis enim error seu ignorantia facti proprii , cùm valde supina- sit , regulariter prætendi nequeat l. 3. pr. de jur. & fact. ignor. l. ult. §. 1. in fin. pro suo l. 25. de adopt. quibusdam tamen casibus & hæc aliquam propter memoriarum imbecillitatem meretur veniam , in primis quando,

ut modò dixi, non de lucro captando sed damno vitando certatur  
 arg. dd. texx. quam sententiam expressè confirmat Cardin. Tusch.  
 concl. Pract. Lit. E. concl. 314. n. 15. Quod multò magis obtinet si fa-  
 ctum proprium valdè sit intricatum, v. g. calculus reddendarum ra-  
 tionum, quod Excellentissimus Dn. Amadeus Eckolt, Professor in  
 alma Lipsiensi longè celeberrimus, Præceptor ac Patronus meus æta-  
 tem venerandus, probè monuit in lectionibus suis privatis ad Dn.  
 Struvii Syntagm. Exerc. 28. th. pen. idque arg. l. 47. §. 1. verb. ratio-  
 nem implicitam ff. de pact. & l. 7. ibi: computatio difficilior. ff. d. confess.  
 add. Gail. lib. 2. obs. 48. n. 20.

## CAPUT VII.

De  
FINE ET EFFECTU.

## THES. I.

**N**unc ad id, quod primum est in intentione & ultimum in executione finem scilicet erroris calculi, qui est ejus correctio & revisio: qui enim calculum ponit, expressè hoc agit, & stet & satisfaciat isti computationi; sed tacite & hoc agit, quod si postmodùm error appareat, illum velit revocare & corrigere arg. l. 13. §. 2. in fin. commod. sive enim quid promissum sive solutum fuerit, promittens vel solvens per calculi errorem tacitè obligatum sibi illum habet, cui solvit vel promisit, arg. §. 1. Inst. quib. mod. re contrah. §. 6. Inst. de ob- lig. quæ qu. ex contr. nast. l. 31. de cond. indeb.

II. Correctionem autem erroris calculi plerunque petit is, cujus interest errorem non fuisse commissum, ejusque heredes; nec refert an error sit commissus ab ipsis contrahentibus, sive à calculato-ribus à partibus per modum compromissi, vel à Judice per Decre- tum constitutis; utroque enim casu boni viri arbitrio calculus com- missus videtur l. 41. §. 4. de fideic. libert. l. 22. §. 1. de manum. testam. Mascard. de probat. vol. 1. concl. 253. n. 12. Et est illa calculi revi- sio instituenda coram eo Judice, qui elegit calculatores, vel de cuius mandato partes illos elegerunt, Br. ad l. 2. C. de jur. fisici, Lib. X. Car- din. Tusch. Lit. C. concl. 4. n. 29.

III. Effectus cum fine hīc ferè coincidit, quod neque in foro Philosophico redolet aliquid absurdī, vid. Stahl. in Reg. Philosoph.

p. I. D. 6.

p. 1. D. 6. Reg. 4. th. 16. neque in Juridico est infrequens, vid. Mejer. in C. A. ad tit. de condic. ind. th. 11. & tit. de cond. caus. dat. caus. non sec. th. 11. Is est I. Quod erroneus calculus non noceat, sed retrahari possit per l. un. C. de error. calc. l. 5. §. 15. ff. de donat. inter vir. & ux. ibi, Dd. respectus enim magis habendus ad id, quod in veritate agitur, quam quod per errorem exprimitur: ne gerenti gestum per errorem noceat, quod abhorret l. 15. de jurisd. & l. 6. §. 1. de offic. Presid. quam regulam quidem de actu saltem licto & honesto accipit, & ideo errorem in persona hominis occisi commissum non liberare occisorem à poena ordinaria statuit nonnemo de Jurisprudentia nostra haut vulgariter meritus: Verum, ignoscet mihi veneranda magni illius viri authoritas, haut perpetua esse videtur dicta limitatio ejusque in homicidio exemplificatio; cum & in adulterio actu satis illicito & in honesto, error & ignorantia si nini. concubens cum alterius uxore nesciat illam esse conjugatam eamque pro soluta cognoscat, mitigationem poenae faciat, & adultero, ut tali, non noceat, teste Magnis. Dn. Carp. pract. crim. p. 2. qu. 61. n. 42 & seqq. per ibi alleg. imò etiam in parricidio errorem personæ, quando quis, volens percutere Mævium, percutit & occidit Titum parentem suum, excusare à poena ordinaria laudatus Dn. Carpz. d. l. p. 1. q. 18. n. 14. confirmat. Quod autem verum committatur homicidium & poena ordinaria locum inveniat licet in persona fuerit erratum, illius proxima, concludens & adæquata ratio non est actus illicitus seu in honestus, sed occisio hominis dolosa, utpote materiale & formale homicidii continens: neq; enim habetur hinc respectus ad hoc vel illud individuum; quod egregie illustrat Molina de J. & J. t. 3. D. 36. quia, inquiens, poena homicidii est pro interfectione hominis dolosa: non verò pro interfectione hujus determinali in singulari, atque id homicidium verè in ratione homicidii dolosum sit, licet careat dolo quatenus terminatur in individuo, pœnam merebitur dolosi.

IV. Ut autem rationes ex causa erroris revideri possint, priùs certior est reddendus Judex, in quonam erratum, allegatō errore in specie non in genere, vid. cap. preced. 6. th. 7. 8. & 9.

V. Quod dixi erroneam calculi computationem posse retrahari illud ampliatur Primo etiam in ratione geminata & reiterata d. l. un. C. de error calc. verbo: sèpè, ibi, Gl. & Bl. Rationem Dd. ex l. 11. §. 8. de interrog. in jur. fac. colligunt hanc, quod etiam in deliberando quis possit errare, add. post alios Berlich. p. 1. concl. 84. n. 63. Non obstat

Obstat (1.) cap. quod semel 21. de R. J in 6. ad quod respondi supr  
cap. 3. th. 1. circ. fin. Neque (2.) obest, quod reiteratio excludat præsumptionem præsupponatq; deliberationem per l. 22. C. ad SCIm Vellejan. Re. enim concedendo quidem, quod reiteratio excludat erroris præsumptionem, hoc ipsum siquidem fassus sum de semel initia ratione supr cap. 6. th. 7. non tamen inde sequitur, quod etiam excludat probationem, quâ rem se habere aliter & in computando fuisse aberratum constat: tunc enim eodem errore facta censetur reiteratio, quod ipsa prior computatio add. l. 6. §. fin. de edend. Heig. p. 1. qu. 20. n. 36. Aliter respondet Sichard. ad C. in d. l. un. n. 4.

V I. Cùm in adducta l. un. C. de error. calc. dictum sit, rationes etiam sæpè computatas denuò tractari posse, haut frustrà quæritur, in quoctibus illa dictio sæpè verificetur, & quamvis nonnulli duos requirant actus per text. in l. fin. juncta Rubr. C. si sæpè in integ. rest. post. & l. 29. §. 4. ad l. Jul. de adult. quidam tres aut quatuor, uti ex Socin. & Jason. refert Ayrer ad L. un. C. de error. calc. n. 143. & 144. tamen, cùm ex specialibus exemplis non sit facienda regula, puto illud in hac nostra materia Judicis arbitrio esse relinquendum; non determinata enim à jure omnia sunt arbitraria Judici, arg. l. 1. §. f. ff. de jur. delib. Tusch. lit. A. concl. 471. n. 4.

V II. Secundò ampliatur (vid. th 5. b. cap.) ut hic error etiam in secunda instantia possit allegari & deduci, nec refert, utrum in prima instantia jam sit deductus nec ne, Jason, in d. l. un. n. 2. & 4. add. Berlich. p. 1. concl. 51. & late Hartm. Pistor. lib. 4. qu. 23. incip. appellationis interposita n. 1. & seqq. per tot. quia in instantia appellationis non deducta possunt deduci non probata probari per famosisimam l. 4. C. de tempor. & repar. appell. notabler, salutari Imperatoris & Statuum Imp. consilio, ob litigandi libidinem & appellantium temeritatem, restrictam in R. J. de Anno 1654. S. zumahln aber jenerzeit 113. ibi: Soll das juramentum calumniæ de non frivole appellando im ersten termino mit Vorzeugung eines special-Gewalts/ so wohl des Advocatens / welcher in der Appellation - Sache dienet/ als des Principalen selbsten und zwar sub pena desertionis abgelegt/ dabenebens auch beyden im Appellation - Ende diese versicherte clausul eingerückt / und der Appellant des Fugs oder Unfugs rechtens dahin erinnert werden / das er von seinem neuen Einbringen novorum deducendorum , so Ihme bereits bey ablegung des Endes vor kommen / oder in Vollführung der Appellation vorkommen möchten/ in erster

in erster instantz keine Wissenschaft gehabt/oder dieselbe damaln einzubringen nicht vermöcht/ oder für undienlich und unnöthig geachtet/ nunmehr aber dafür halte / daß die ihme zu Erhaltung Rechtns dienlich seyn/re. addatur commune Decret. de anno 1659. d. 13. Decembr. §. 3. verb. ohnerwartet einiger interlocutori alsobalden würcklich ablegen ; idq; hodiè suprema illa curia servat strictissimè.

VIII. Tertiò ampliatur primus effectus etiamsi Apoqua seu quietatio in continenti fuerit subsecuta : ratio hæc est, quia ejusmodi quietatio eodem errore facta censetur, quod ipsa computatio. D. Brunnemann & Sichard. ad d. l. un. C. de error. calc. per l. 19. vers. diversum ff. de novat. add. l. fin. C. de non num. pec. Ayrer. ad d. l. un. n. 34. & 35. ibiq, alleg. Dd. omnia autem in totum, quæ animi destinatione agenda sunt, non nisi verâ & certâ scientiâ perfici possunt, est l. 76. de R. I.

IX. Quartò extenditur etiamsi transactio cum errore interpolata aut sententia per errorem calculi lata sit , hæc enim secundum suprà th. fin cap. 5. dicta ipso jure nulla est.

X. Et quamvis circà hoc caput omnis ferè Doctorum chorus valde sit obscurus, remq; magis confusè implicet, quam planè explicet, & propterea in diversos abeat calculos, tamen eorum dissensiones concordi distinctionis fœdere ad amicabilem compositionem redigi bene possunt, si adhibeatur distinctio quam suppeditat Perez in C. ad d. l. un. n. 2. Scilicet aliud esse transigere & judicare per errorem seu, quod perinde est, cum vel ex errore ; aliud de fine super errore : Illa transactio vel sententia juxta ea quæ cap. 5. th. f. adduximus, non valet, adeò ut appellatione à tali sententia non sit opus l. 1. §. 1. quæ sent. fin. appell. resc. Hæc autem valet & ab Imp. Diocletiano & Maximiliano probatur in d. l. un. add. l. 2. C. de re jud. Ratio differentiæ patet, quia illuc error est in ipsa transactione & sententia adeoq; impedit consensum i. e. causam, ergo & effectum, h. e. transactionem & rem judicatam : Hic secùs cum super errore calculi nondum comperto & liquido rationumq; perplexitate tanquam re dubia amicabiliter tractatur resq; sopotur ; ut taceam ipsam vocabulorum vim nativam hanc differentiam satis exprimere.

XI. Sequitur quinta ampliatio, ut etiam usque ad 30. annos error calculi possit coargui, vid. cap. seq. 8. th. 6.

XII. Et tandem sexta, scil. errorem calculi posse revocari, quamvis quis calculum bene se habere etiam judicialiter confessus fuerit, non enim fatetur qui errat in facto l. 2. ff. de confess. ibique Wissensb.

Wissenb. th. 17. Standum siquidem confessioni propriæ tūm demūm, quando legitimè facta est, ad quod requiritur, ut confessus sit majoren-  
nis, sanæ mentis, causæ Dominus, & contra se in judicio, adversario  
eiusvē Procuratore præsente, in foro competenti, spontē non errore  
inductus veritatem rei vel negotium confiteatur, secundūm versus  
Hostiens. in summ. de confess. §. qualiter, n. 1.

Major, sponte, sciens, Dominus, pars, lis, sed & in se  
ibom Confessus certum, compos, præ Judice, jure  
Damnatur, nisi lex favor aut natura repugnet.

vid. c. 4. extr. de judic. l. 6. pr. §. 1. 3. 4. & s. ff. de confess. Dn. Carpzov.  
Proc. Tit. 13. Art. 3. §. 1. & seqq. Zœs. in π. ad tit. de confess. n. 4. & seqq.

XIII. Cæterūm in genere tenendum, errorem calculi non in to-  
tum sed in tantūm quantum erratum fuit, posse retractari, non debet  
enim hīc utile per inutile vitiari cap. 37. de R. J. in 6. Munnoz. d. l.  
cap. 41. n. 30. Sic si in diversis causis rationes initæ sint, error in una  
causa non facit, ut retractentur rationes ad alias causas spectantes, mo-  
dò tamen sint dividuae, Mantic. de tac. & ambig. conv. lib. 26. tit. 9.  
n. 44. arg. l. 41. ff. famil. hercif. quod in consimili locum habet, si fal-  
sis instrumentis persuasus quis transegit, tunc enim retractari potest  
illa transactio in iis tantūm capitibus, in quibus alter falsa instrumenta  
adhibuit, per l. pen. C. de transaction. conf. l. 34. C. de donat. & l. 33. ff.  
mandat.

XIV. Hactenus de primo effectu, sequitur jam II. quod ni-  
mirūm error calculi pariat exceptionem, quæ dirigitur contrā cum,  
qui id quod errore calculi promissum est, exigit, arg. §. 1. Inst. de Ex-  
ception. ibig. n. 5. Ludwell. incomparabilis hujus seculi Ulpianus,  
vñr ēr ājōis, add. t. t. de jur. & fact. ignor. & hæc etiam paratam  
executionem, quam alias operaretur instrumentum calculationis con-  
clusæ super redditione rationum, Berlich. p. 1. concl. 80. n. 72. impedit,  
Munnoz. cap. 38. n. 11. Si enim creditore executionem petente debitor  
de calculo opponit & ritè excipit, priusquam executio realiter fiat,  
calculus in ipso executionis actu expediri potest, & interim executio  
suspendi debet, ratio est, quia, quando de exceptione aliqua ex ipso  
instrumenti tenore apparet, Judex illam contrā instrumentum quan-  
tumvis paratam executionem habens admittere tenetur: nam omni  
exceptione etiam prægnantibus verbis remotâ, nunquam tamen  
censetur exclusa illa, quæ ex ipsis instrumenti verbis descendit, Hart-  
mann. Pistor. observ. 209. n. 19. & seqq. Confirmat hoc luculentiter  
Sereniss.

Serenissimus Elector Saxon. Joh. Georg. II. in Resolut. Gravam. tit.  
von Justizien Sachen §. würde nun zum Vierdten/ic. verb. oder es  
hätte die vorgeschätzte exceptio ex natura contractus ihren Ursprung/  
und wäre ex inspectione ipsius instrumenti alsobalden zu verificiren/  
auf solchen Fall hätte der Richter den Beklagten in angesetzten termi-  
no damit in acht zu nehmen/und unterdeß mit der angesetzten execu-  
tion in Ruhe zu stehen/ jung cap. 6. th. 10 supra.

X V. Et hæc exceptio, si à parte non fuerit allegata, ex officio  
Judicis supplenda est. Hartmann. Pistor. d. obs. 209. n. 22. Rationem  
assignat Munnoz d. cap. 38. n. 11. quia in causis executivis non proce-  
darur per viam actionis, sed magis imploratò officio Judicis; unde  
cùm error nascatur ex eodem instrumento, Judex ex officio poterit  
eum attendere, quod iterum confirmat expresse Churfürstl. Sächs.  
Proces- und Gerichts- Ordn. tit. von Beweisung durch Augenschein  
und Rechnung/ 28. ibi: soll man / wann es gleich von den Partheyen  
nicht gesucht wird / aus Richterlichem Ampt die Verordnung thun.  
Hinc facile est hariolari, quid sentiendum sit de clausula illa: *Salvo er-  
rore calculi, in fine rationum addi solitā, nimirūm illam esse superflu-  
am & otiosam, cùm tacitè etiam absque expressione insit.*

X VI. Effectus III. est condic̄tio indebiti, quâ quis repetit, quod  
alteri indebetè per errorem solvit vel saltem se soluturum cavit seu  
promisit, arg. §. 1. Inst. quib. mod. recontrah. oblig. §. 6. Inst. de oblig.  
qua & quas. ex contr. l. 31. de cond. indeb. quo posteriori casu, si scil. tan-  
tum quid promissum, nihil autem solutum, datur etiam condic̄tio li-  
berationis l. un. C. de error. calc. i. e. condic̄tio ad liberationem à pro-  
missione seu obligatione consequendam, facit omnino Giphan. ad  
d. l. un.

X VII. Quæ autem ad conditionem indebiti requirantur, de  
his vid. post alios Interpp. Dn. Struv. Exerc. 18. th. 31. & seqq. Frantz. p. m. in Commentar. ad τιτ. de condic̄t. indeb. Andr. Clud. tr. de  
condic̄t. indeb.

X VIII. Nonnunquam datur etiam reduc̄tio ad arbitrium  
boni viri, quæ est à sententia arbitratoris, qui Germ. vocatur ein  
Scheidsmann/ ad Judicem competentem seu ordinarium provoca-  
tio, Gail. lib. 1. obs. 149. n. 2. & 3. si nimirūm ad rationum positionem  
& computationem liberò partium, ut ita loquar, interessentium con-  
sensu certi arbitratores vel calculatores pro controversia citrā judicij  
figuram ex æquo componenda eliguntur, cumque partes, licet per-  
sonas

sonas certas denominant, non absolute in eas ut tales, sed ut viros bonos secundum æquum arbitraturos, consentiunt l. 76. pro soc. ideo si postmodum appareat iniquitas, locum habet reductio ad arbitrium boni viri i. e. ad Judicem ordinarium (qui vir bonus vocatur in l. 137. §. 2. de V. O. l. 18. judic. solv.) res deferenda est, ut arbitramentum illud propter erroneam calculi positionem inique dictum reducat & suâ sententiâ rem dirimat, Gail. d. l. obs. 150 Roding. π. Cam. adauet. l. 1. tit. 35. pag. 405. & seqq. ubi etiam differentiae arbitrorum & arbitra orum & quomodo hos non solum nominatio sed modus procedendi constitut, aliaque ad hanc materiam pertinentia eruditè ex multis iisque sagacissimis rerum Cameralium indagatoribus Klockio, Gailio, Tilemanno de Benignis & Mynsingero docentur. Hoc tantum addo ex Gailio lib. 1. obs. 150. n. 2. & 3. sententiam arbitratoris propter fatale decendii neglectum non transire in rem judicatam, sed reductionem usque ad 30. annos peti posse, quia jus petendi reductionem ad arbitrium boni viri sit personale ideoque spatium 30. annorum actionibus personalibus ordinariè præstitutum, & hinc observandum juxta l. 3. C. de præscript. 30. vel 40. ann. & l. 1. §. 1. C. de annual. except.

XIX. Postremò sententia, in qua error calculi est commissus, institutâ querelâ nullitatis declaratur nulla l. 1. §. 1. que sent. fin. appell. rescind. arg. l. 2. & 4. C. quand. prov. non est nec. vid. cap. 5. th. 3. suprà. Poteſt autem hæc vel principaliter deduci vel incidenter cum iniquitate in appellationis causa cumulari: Principaliter deducitur seu intentatur, quando nihil de iniquitate aut appellatione, sed tantum sententiam esse nullam ejusque rescissionem peti, dicatur O. C. part. 3. tit. 34. §. Wo aber von Urtheilen nicht appelliret / pen. Mynsing. sent. 4. obs. 63. & hoc casu nullitates supplicationi speciatim sunt inferendæ, alias in Camera, ut fert ille stylus, decernitur: Abgeschlagen/ sondern wosfern Supplicant nullitates in specie deduciren wird / soll darauff ergehen was recht ist/ Gylmann. voc. nullitas, §. super nullitate ut citatio, O. C. d. l. §. fin. Incidenter deducitur nullitas, quando simul cum iniquitatis querela defertur, & appellans alternative aut super nullitate, aut, nullitate deficiente, super iniquitate sententiae pronunciari peti, O. C. d. l. in pr. his tere formalibus: bittet im Recht, ten zu erkennen und auszusprechen/ daß/ wo nicht richtig doch wieder rechtlich geurtheilet sey; si principaliter, ita peti solet: Im Rechten zuerkennen und auszusprechen/ das richtig und wiederrechtlich procedere

cederet und geurtheilet / Dn. D. Jacob. Blum / Advocatus Cameræ celeberrimus, Fautor & Amicus meus honoratissimus in Proc. Camer. tit. 56. th. 13. & 14. quæ formalia laudatissimum Collegium Caniciale in sententia haut ita pridem in causa d' Orville cont: Porß / Appellationis latâ, accuratè observavit, ita pronunciando: Nichil glich und wiederrechtlich geurtheilet/ überflüssig und wohl appelliret. jung. Dn. Carpz. Proc. Tit. 6. Art. 1. n. 96.

X X. Pinguius autem consulitur provocanti, ut nullitatem incidenter instituat & appellationem querelæ nullitatis jungat, quia tunc mensuratur juxta regulas appellantionum, nec tam rigide narratorum exposcit demonstrationem, vid. Adauct. ad π. Cam. Roding. lib. 1. tit. 20. pag. 307. Berlich. p. 1. concl. 61. n. 31.

X X I. Et quamvis querelæ nullitatis indifferenter 30. annis præscribi tradant Dd. communiter Dn. Hahn. ad Wesenb. tit. de re judic. n. 10. Gail. 1. Obs. 122. n. 8. Perez. in C. tit. quand. prov. non est nec. n. 12. Dn. Struv. Exerc. 50. th. 18. Mejer. in C. A. ad tit. de re jud. th. 109. tamen nisi nullitates processus substantiales sint, insanabilemque defectum ex persona Judicis aut litigantium habeant, decendium appellantionis observâsse, atque instrumentum protestationis, intrâ decendum adversus nullitates coram Judice à quo interpositæ, supplicationi pro citatione super nullitate adjecisse in Camera Imperiali omnino necessarium est, per R. I. de anno 1654. §. in dem auch nunmehr 116. & seqq. De jur. Elect. Saxonico intrâ terminum Saxonicum, propter abbreviandas lites, huic querelæ præscribitur vid Ord. Proc. Jud. tit. 38. pr. ibi. daß er solches innerhalb 6. Wochen und 3. Tagen/it. Dn. Carpz. Proc. tit. 19. Art. 3. n. 9. & seqq. Restringenda tamen præscriptio hæc Saxonica est ad nullitates contrâ sententiam proferendas per Ord. Proc. Jud. ibi. wann aber jemand ein gesprochen Urtheil einer nullitat &c. de sententia ergo tantum loquitur d. Ord. eoque ipsò vigori juris communis relinquunt decreta aliosque actus Judiciarios: jus enim statutarium strictè accipiendum & ita declarandum, ut quam minimum à jure communi recedat add. Dn. Carpz. cit. loc. n. 19. & 20. Cæterum nullitas non saltem agendo sed excipiendo opponi & tractari potest, Id. d. l. n. 6.

X X II. Notandum & hoc est privilegia de non appellando uon attendi à supremo judicio Spirensi in querela nullitatis, Roding. π. Cam. ad auct. lib. 1. tit. 33. pag. 399. Eapropter monet Gailius 1. Obs. 135. n. 8. privilegia de non appellando ab Imperatoria Majestate ini-

petrantibus consultum fore, si non tantum iniquitatis sed etiam nullitatis ratione sibi ita prospicerent; egregium vero & pium, si Diis placet, consilium!

## CAPUT VIII.

De

CONTRARIIS ET  
AFFINIBUS.

## THESES. I.

**R** Elicum nunc est ut videamus contraria, quae calculi retractationem tollunt & impediunt.

II. Ea sunt (1.) Renunciatio, si nimirum exceptioni erroris calculi in specie fuerit renunciatum, addito super ipso calculi errore pacto vel stipulatione de ulterius non petendo vel calculando, l. 12. de liber. leg. l. 47. §. 1. de pact. l. 4. §. 4. si quis cauit. l. ult. §. 3. de cond. indeb. & per text. satis nobilem in l. pen C. de pact. ex qua colligitur regula, quod quilibet favori pro se introducto possit renunciare, quae locum non habet, si ipsius renunciantis non tantum interfit, & exceptionem patitur in nonnullis pactis prohibitis in l. 14. & 17. de pact. do-  
tal. item in l. 14. §. 1. solut. matrim. add. Berlich. p. 1. concl. 84. n. 65. & 66. & Jacob. Butrigar. Tractatu Tractatum vol. 1. fol. 205. col. 4.

III. Neq; (2.) calculum retrahere licet, si sententia de aut super errore calculi a Judice ordinario lata transiit in rem judicatam. Non obstat. l. 1. §. 1. quae sent. sine appell. vid. supra cap. 7. th. 10. Dixi notanter a Judice ordinario, quandoquidem id non procedit, si sententia a Judice delegato, ad rationes liquidandas tantum constituto, esset lata, licet namque ab hujus sententia non fuerit appellatum, tamen talis error ob nullitatem in persona judicantis usque ad 30. annos posset retractari, quia delegatus iste erroneam rationem confirmingo, limites suae commissionis excedit, ita Bl. in l. 6. C. de exec. rei jud. n. 2. Munoz. cap. 41. n. 8. & ex hoc latè Perez. in C. de jur. fisc. n. 15. & 16. Tuisch lit. C. concl. 4. n. 20.

IV. (3.) Si super errore calculi ob ipsius intricatam perplexitatem (quae ut potest res dubia etiam est objectum transfigibile, Dn. Struv. Exerc. 6. tb. 56. verb. alias) transactum sit, l. un. C. de error. calc. ibi qd. Dd. add. d. tb. 10. supra cap. 7. Locum tamen adhuc habet revisio erroris calculi, si transactio aperte iniqua & dolo extorta sit, quia

quia transactioni adversatur dolus, propter quem exceptione, replec-  
tatione vel quandoq; actione transactio infirmatur l. 4. & 19. C. de  
transact. Dn. Richter *Detis*, 87. n. 14. 15. nisi de ipso quoque dolo  
transactum sit d. l. 4.

V. (4.) Si error sit modicus, quippe modicus defectus in ratio-  
nibus seu calculo non curatur l. 32. de cond. & dein. Sprenger de mo-  
dic. cap. 5. th. 52. ratio quia modicum neque Prætor neque lex civilis  
curat l. 4. de restit. in integr. l. 3. §. fin. de adm. leg. immo cum nihil  
comparat l. 32. & 82 de V. S. l. 7. §. 2. de trib. action. cap. licet causam  
9. in medio, ibi: nulla vel modica, X. de probation. Quod tamen va-  
riè fallit, prout docet Sprenger d. l. cap. 8. & 9. per tot. Modicum  
autem quid sit propter diversam rerum & personarum qualitatem  
ceriā aliquā regulā comprehendi nequit, sed Judicis arbitrio relinqui-  
tur. Menochi. d. A. J. Q. lib. 2. cas. 145. n. 4. Sprenger dict. loc. cap. i.  
thes. 13. & 14.

VI. Correctionem calculi (5.) impedit præscriptio, sed quæ-  
nam? longi an longissimi temporis? non satis liquet; illud videtur  
velle l. 13. §. 1. ff. divers. & temp. præscript. hoc l. 8. pr. de admin. rer. ad  
civ. pertin. in qua difficultate, missâ Glossographi ad d. l. 8. & Munoz.  
d. tr. cap. 41. n. 15. conciliatione impingente in l. 12. C. de transact. &  
Cujacii ad l. 2. C. de jur. fisc. distinctione inter rationes dispuetas &  
expunetas, quæ tamen forsitan aliquo modo posset tolerari, cum Pa-  
cio leg. conciliat. centur. 9. concil. ii. dico regulariter rationes post  
longum tempus retractari non posse, & ita Hermogenianus in d. l. 13.  
sed excipitur si in calculo erratum, tunc enim correctio & retractatio  
etiam post 10. aut 20. annos, sive intra longissimum tempus admit-  
titur, quo de casu agit Modestin. in d. l. 8. ubi in editione Haloan-  
drina, quæ in instructissima Noribergensi bibliotheca asservatur, loco  
calculi erroris legitur *calculatorii erroru*. Cæterū cùm jure Saxonico præ-  
scriptioni longi & longissimi temporis respondeat unica præscriptio  
tricennialis, quâ 30. annis, annô, 6. septimanis & 3. diebus drensig  
Jahr/ Jahr und Tag/ vid. Dec. El. Sax. ii. præscribuntur res immobiles,  
jura & actiones, LandR. lib. 1. Art. 29. Gebhart. de usucap. c. 4. n. 9.  
& seqq. ideoque illò jure disputatio hæc videtur otiosa esse.

VII. (6.) Juramentum de non contraveniendo computationi,  
factâ expressâ erroris mentione, interpositum, quia juxta Auth. sacra-  
menta puberum C. si advers. vendit. sequentem jus canonicum (secus  
enim de jure civili l. 7. §. 16. de pact. l. 5. §. 1. C. de LL.) juramentum  
actum

aetum alias invalidum firmat, facitque valere omni meliori modo quo valere potest stricteque servandum est, modo non vergat in dispendium aeternae salutis prajudiciumq; tertii, cap. 28. extr. de iure jur. & cap. 2. de pact. in 6. add. optimè hanc de re agentem magnum illum J Ctum Dn. Struv. Exerc. 8. th. 54. & Exerc. 17. th. 22. & seqq. Cæterum notanter rquisivi, ut de errore expressè sit cogitatum cum interponeretur juramentum, quia ultra jurantis intentionem ad non cogitata juramentum extendi nequit. Ayrer ad. d. l. un. C. de error. calc. num. 90.

VIII. Denique calculi retractio non admittitur si error tantum sit in calculo temporis, hic namque non vitiat ipsam computationem per l. fin. §. 1. ibi: cum nobis cognitum sit. & c. C. de tempor. & rep. appell. cum haec tenus utique sufficiat ipsam rationem ritè esse positam & dispendiam, nihilque intersit quoniam tempore calculus sit positus.

X. Jam affinia quoque erroris calculi paucis tanquam ad eaq; referam (1.) Si dolo aut metu redditia fuerit ratio: quæ enim dolô malo metu facta esse dicuntur, ea rata non habet Prætor, vid. t. t. de dol. mal. & tit. quod met. caus. gest. ibiq, Interpp. (2.) Si ex falsis instrumentis ratio fuerit inita, & tunc falsitate quocunque etiam modo detecta, illa causa & negotii pars, quæ ex falso instrumento convicta fuit, retractatur, cæteris capitulis in firmitate sua manentibus, ne utile per inutile vitietur, vid. saluberrimam constitutionem, quæ habetur in l. 42. C. de transact. & cap. 37. de R. J. in 6.

X. Tandem quæro an error Advocati à Cliente seu Principali revocari possit? & respondeo quod sic per l. 2. & 3. C. de error. Advoc. Sed quando & intra quod tempus? Distinguo, si præsens sit litigator principalis sive cliens, in continentali, h. e. triduo proximo, revocatio fiat oportet l. fin. C. d. t. Sin absens etiam post triduum, cum non possit videri factum Advocati approbatum, arg. d. l. fin. ita ex hoc capite coram supremo Cameræ tribunal in causa Waldeck cont. Anhalt & Sachsen-Altenburg in p<sup>o</sup> interventionis, Mandati cassat. & inhib. S. C. à parte Saxonico-Altenburgica interventionales sub & obreptionis Exceptiones contrà Waldeck anno 1660. d. 9. April. productæ d. 23. Maji, eiusdem anni revocatæ, earumque loco aliæ sub eadem rubrica substitutæ fuerunt, prout ex illis ipsis actis, quorum copia mihi facta, annotavi. Conf. omnino Giphan. in. C. add. l. fin. ubi ab errore Advocati consistente in erronea summae temporis, nominis, rei, &c. allegatione recte distinguit omissionem seu defectum

Defectum, cum Advocatus aliquid prorsus omittit, quò pertinet l. un.  
C. ut quæ def. Advocat. part.

Tantum. Culpâ ingenii si quâ erravero, doctus meliora cal-  
culum modestè reducam: etenim oppidò rara sunt ingenia, quorum  
scripta juvenilia non fuerint distincta maculis. Mihi tantum non  
tribuo.

### Corollaria.

I. Revisio contrà sententiam in Camera Imperiali latam hodiè, si  
pars viatrix sufficientem praefet cautionem de restituendo judicatum in  
casum succumbentiae in Revisorio, est remedium tantum devolutivum non  
suspensivum, prout nonnulli perperam & contrà expressam sanctionem pra-  
gmaticam, quæ habetur in R. I. de anno 1654. §. nach Verathschla-  
gung / 119. opinantur. In causis tamen Ecclesiasticis & Religionis effe-  
ctus suspensivus adhuc obtinet, d. §.

II. Amicabilis compositio in Judicio Cameræ Imperii nunquam ten-  
tatur, nisi in causis Revisionum, et si lis sit inter personas Camerales; prous  
ex eruditissimis Nobilissimorum Dnn. Advocatorum Cameræ discursibus, ut  
& in Dn. D. Jacobi Blumens Advocati Cameræ celeberrimi lectionibus  
privatis ad R. I. de anno 1654. §. 105. & 108. haut semel audivi.

III. In Judicio Aulico Imperatoris Germ. Reichs-Hofrath oder Kaiserl.  
Hofrath / dicto, certus locus in citationibus non apponitur, sed omnes  
citationes ad Aulam Imperatoris fiunt, his ferè formalibus: Selbst oder  
durch einen gnugsam gevollmächtigten Anwalden an unserm Kaiserl.  
Hofe / was enden derselbe alsdann seyn wird / erscheinen ic.

IV. Vox Anwaldt in R. J. de anno 1654. §. in fallen 120. signifi-  
cat Advocatum & opponitur Procuratori.

V. Ab asino lanam querit, qui modernum Imperialis Camere Pro-  
cessum tantum ex Ordinationibus Cameralibus Recess. Imp. & Deputation.  
Visitationumq; Memorialibus perdiscere allaborat, cum per SCta Came-  
ralia & Decreta communia quam plurima circa Processum Audientiarum  
& causarum respectivè sint immutata & noviter introducta, Processum &  
Submissiones causarum optimè accelerantia; vid comm. Decret. de An-  
no 1659. d. 13. Dec. & anno 1660. d. 9. 11. & 12. Jan.

VI. Hinc falsissime & malitiosè augustissimo huic tribunali hodiè  
affingitur dicterium: Spiræ lites spirare nunquam exspirare. Quod autem  
nonnunquam litigantes ibi sententiam definitivam diu expectare &

D solicitare

solicitare cogantur, illud in tanto causarum pelago facit non Processus sed paucitas Dnn. Assessorum.

VII. Fundata autem est Collegii Cameralis libera, quā utitur, facultas generalia seu communia Decreta & conclusa quoad Processum publicandi in R. J. de anno 1654. §. diesem nechst 29. & §. ratione dubiorum 130. junct. O C. p. 2. tit. ult.

VIII. Puram Latinitatem ex solo corpore juris ῥετορία ita dicto solidè perdisci posse, affirmare ego non ausim ob pañim inibi occurrentia male-Latina. vid. §. 1. Inst. ibi: jussit consulibus, de fideicom. hered. §. 2. ibi: jubere ei debet, de offic. Jud. item §. fin. ibi: hoc ei jussit, Inst. per quas person. nob. oblig. acquir. l. 7. pr. verb. jubebo ei ff. de damno infect. l. 4. pr. verb. certioreetur ff. de interrog. in jur. fac. Nov. 74. cap. 6. ibi: odibilis, l. 1. pr. verb. si legibilia sint ff. de his quæ in testam. del. l. 1. §. fin. verb. ei oportebit ff. damn. infect. Sic in Nov. 109. cap. 1. in fin. legitur vox inaggressibilia in l. fin. C. de collat. Dubietas in l. fin. circā fin. C. de fideic. libert. indevotio, &c.

IX. Sequestratio puellæ litigiosa valet: ita sequestrationem cuiusdam sponsa in Camera decretam fuisse annotavit Gail. I. obs. 112. n. 16. referens sententiam d. 20. Dec. anno 1535. in causa Georg Ganshorns cont. Hansen Meyer latam, quā judicatum est, filiam dicti Meyers nomine Sabinam pendente lite penes honestam matronam sequestrandam esse, add. l. 3. §. f. de liber. exhib.

X. Constitutio fractæ pacis publice vom Landfrieden / non tantum quando vis publica infertur auff dem Lande / locum habet, sed etiam ad casus qui in civitate, oppido aut pago emergunt, rectè extenditur, ita nuper hōc ipsō anno d. 24. Jan. in caus. Fiscalis & consort. cont. Stadte Speyer & conf. citatio ad videndum se incidisse in panam fractæ pacis (quæ si ad pœnam pecuniariam agatur, est summa 2000 marcarii auri puri cum amissione omnium privilegiorum ac iurium R. J. Wormatiæ anno 1521. Art. Wieder Landfriede/3.) in Camera fuit decreta. Duo consimilia præjudicia annotata vid. ap. Roding. in π. Cam. ad auct. lib. 1. tit. 7. pag. 65.

XI. Quando vis publica dicitur inferri coadunatis hominibus armatis, tunc quot homines ad hanc coadunationem requirantur judicis arbitrio relictum est in R. J. de Anno 1594. §. Ebenermassen 68.

verb. daß solches zu des Richters discretion ge stellt seyn soll/ ic.

SOLI DEO GLORIA.

Mus

fol. 27. 166.

Muß nicht ein Eisen-Schmid auf diesem Rund der Erden /  
Eh' er was vor sich bringt / sichs sauer lassen werden!  
Ein Messer-Schmid begreift ein Messer dreissig mal /  
Eh' ers verfertiget; das ist ein grosse Zahl.  
Wie stehts umb euch / Herr Schmid? wie habt ihr auch geschmiedet?  
Die Wercke loben Euch / die Werkstatd Ihr gemiedet  
Bezeugen Eurem Fleiß. Drumb kompt verdienster Preis.  
Glück zu! Herr Doctorand / auff euren sauren Schweiß.

SIGISMUNDUS CASIMIRUS Graff zu Lynar,

Dum SHMIDI Laurus dignissima frontibus hæret  
Pegasides Musæ carmina blanda sonent.  
Pendantur Telluris opes suavissima Tempe

Affidui studii præmia grata ferant.

Nos hoc: dignus abi, dignusq; capesse Laborum  
Fructus & demum sidere dignus eris.

Quirinus Schacher D. & P.P. Pandect. Consil.

Elect. Saxon. ab Appellat.

UT Faber exercet, validis incudibus æra;  
Sic Faber hic durum strenuus egit opus.

Nam gemini gnava lustrasse volumina juris  
(Mi tutò credas) hoc opus, hic labor est.

Schmidius id fecit. Testatur pagina docta,  
Quod non immerito præmia digna ferat.

Clar. Dn. Doctorando Amico, ac quondam Auditori suo solertissimo  
gratulabundus, f. Lipsia

AMADEUS ECKOLD Phil. & J. U. D. P. P.

NUnc aliis violas oculorum philtra, rosasque  
Vernantisque soli sidera Flora legit:  
Ast Tibi, dum scandis Flammis animata Minerva  
Pulpita, Diva Themis Delphica sarta parat.  
Gaude sorte Tuâ, neque enim, cum germina Pæsti  
Alcinoique cadunt, Delia palma perit.

Viro. Iuveni ad summa omnia nato amico perquam  
dilecto applaud. Lipsia.

J. E. Noricus. D.

28.

**S**i sibi quisq; faber, benè Tu fabricasse videris  
**S**CHMIDI, virtutis dum junxeris atq; laboris  
Nobile par. Namq; hinc felicior ibis ad astra,  
Hinc Astræa Tibi summos meditatur honores,  
Nec satis hoc, imò restat Tibi maxima messis.  
Fiat ut ex votō, Euge meum FELICITER! addo.

Ita suo Familiarissimo applaudit Lipsia

**G**EORGIUS GUILIELMUS Kühlewein D.

**B**ald wächst zum neuntenmal die Tulipan  
Als du mein selbstner Pylades, ich dir  
Orestes ward / dort wo der Ceres Zier  
Beym Friedenstein so prangt; mir ist bewust  
Die Art in deinem Thun: Auff Ordnung ihre Lust  
Besteht; drumb führt dein fluger Sinn  
Dich ordentlich erst zu der Mutter hin  
Der Tugend / als dich deine Liebs-Begierd  
Zur Ehr / der Tochter trug. Nun bist verlobet du  
Mit ihr der Themis lorbeer sagst. Glück zu!  
Was Pallas durch die Themis dir erweist.  
Mach Venus bald und Juno mehr gepreist.  
Leb wol vergnügt. Läß unsre Brüder-Pflichte  
Sich durch ein ferne-sehn zertrennen nicht.  
Dich sprech ich etwa einst auffs Vaters Ehren-Bahn.

Seinem wehrtesten Bruder-Greunde zu Ehren setze dieses  
glückwünschend

**F**riederich Hoffeld. J.U. Candid.

**N**on falli solet ipsa Themis, dum calculus errat;  
Ejus enim curâ salvus & error inest.  
Quæris in errorem, fallax quem Calculus infert,  
Præclarô Themidis, F A U T O R, honore Tuæ.  
De Te nunc agitur, falli qui nescius, omnis  
Calculus: *Hic Themidos tendit ad Astra suæ!*

**J**OANN NICOL. Roswalt/ Ebleb.  
S.S. Theol. Stud.

**F**I N I S.









KD 77



# Farbkarte #13

B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

Centimetres  
Inches

